


OFFICIUM
S A N C T I C I Z I I
M A R T Y R I S ;
PATRONI CIVITATIS RIVENSI;
In Ecclesia Cathedrali & Dioecesi Rivense
celebrandum,

*Jussu Illustrissimi & Reverendissimi Domini Domini
ALEXANDRI DE JOHANNE DE SAUMERY,
Episcopi Rivenensis, editum.*



T O L O S Æ ,

*Apud CLAUDIUM - AEgidium LECAMUS, Regis;
Cleri & Domini Rivenensis Episcopi Typographum,
in vico Portæ - Arictis*

M. D C C. X X X I.

OFFICIA
SANCTI CIRIACI
MAYRIS
PATRONI CIVITATIS RIVENSIENSIS
Ecclésie Catholiquę & Diocesis Rivensis
CATHOLICIS

Massa Missarum & Recitationum Domini
Antiphonaria & Ieronini de Sannio
Abbatissae Annam, etiam



folio 8

Officium Rivense Secundum Traditionem Casanensis
Quod Pontificis Rivensem Episcopum Tunc Disponit
in suo Book-House

M. DEC. XIX.



DIE XVI. AUGUSTI.
IN FESTO
NATALIS SANCTI CIZII
MARTYRIS;

In primis Vesperis, Antiphona: Cizius, &c. cum reliquis de Laud. Psal. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ult. Psal. Laudate Dominum, omnes gentes.

CAPITULUM, 2. Timoth. 4. 7.

Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Iudex.

H Y M N U S

IMBERDIS SOCIETATIS JESU:

Coelorum, Superi, claustra recludite;
Mundi vicitor adest, mortis & hostium.
Athletæ Domini, plaudite Cizio.

Claram dicite Martyrem.

Illum non gladii, non furor impius
Terrent, non acies innumerabilis,
Hostes, exigua Christiadum manu,

Captis pellit ab arcibus.

At dum densa ruit ductor in agmina,
Uniusque cadunt undique dexterâ.
Majorem, mediis captus in hostibus,
Palmam querit & invenit.

Nil prōmissa juvant , munera , nil minē ;
 Christi Discipulo quo rapiant fidem ;
 Vitam , non animum ferreus eripit
 Crebro vulnera malleus.

Idem pro Domino vīctor & hostia ,
 Palmām multiplicem , dum cadit , obtinet ;
 Vindictamque crūor fusus in impios ,

Cœlo clamat , & impetrat .

Urit Christicolas vis animosior ,
 Cæsus pugnat adhuc Cizius in suis ,
 Samsoni similis , vīctor ab hostibus ,

Plures mortuus enecat .

Hostis bella mover pluriū Tartarus ;
 Juges terrigenis insidias parat ,
 Nè victos misero subjiciat jugo ,

Auge , Christe , tuis fidem . Amen ;

¶. Ora pro nobis , Beate Cizi .

¶. Ut digni efficiamur , &c .

Ad Magnificat , Antiphona .

Sub militari veste Cizius austera vitam du-
 cens , morum gravitate & modestiā , omnium
 virtutum præclarum specimen dabat , alleluia .

O R A T I O .

D EUS , qui Populo tuo Beatum Cizium Mar-
 tyrem tuum Patronum piē dedisti : tri-
 bue , quæsumus , ut qui ejus natalitia colimus ,
 ipsius meritis & intercessione , ab omnibus pe-
 riculis eruamur . Per Dominum nostrum Jesum
 Christum Filium tuum , Qui tecum vivit , &c .

A D M A T U T I N U M .

Invitat. Christum Regem , qui Beatum ho-
 diē coronavit Cizium , venite , adoremus .

Psalms. Venite , exultemus Domino : jubile-
 mus , &c .

H Y M N U S. Cœlorum, Superi, &c. ut in primis
Vesperis.

Ant. Cizius planitiem Garumnae ingressus,
cinctus fide, Infidelium munitiones expugnat,
alleluia.

Psalm. I. Beatus vir qui non abiit, &c.

Antiph. Præliabatur prælium Israël cum læ-
titia, & protegebat castra gladio suo.

Psalm. 2. Quare fremuerunt gentes, &c.

Antiph. Factus est fortitudo pauperi, fortitu-
do egeno in tribulatione sua.

Psal. 3. Domine, quid multiplicati sunt, &c.

¶. Gloriâ & honore, &c.

¶. Et constituisti, &c.

De Libro primo Machabæorum, Cap. 3.

LECTIO I.

SUrrexit Judas qui vocabatur Machabæus, fi-
lius ejus pro eo; & adjuvabant eum omnes
Fratres ejus, & universi qui se conjunxerant
patri ejus, & præliabantur prælium Israël, cum
lætitia, & dilatavit gloriam populo suo, & in-
duit se loricam, sicut gigas, & succinxit se ar-
ma bellica sua in præliis, & protegebat castra
gladio suo. Similis factus est leoni in operi-
bus suis, & sicut catulus leonis rugiens in ven-
tione, & persecutus est iniquos, perscrutans
eos, & qui conturbabant populum suum, om-
nes succendit flammis; & repulsi sunt inimici
ejus, præ timore ejus; & omnes operarii iniqui-
tatis conturbati sunt, & directa est salus in ma-
nu ejus.

R. Cizius fidei ardore accensus, ad Christi
hostes à partibus Vasconiaæ repellendos: * Non
minus pietate quam bellicâ fortitudine præcel-

luit. ¶ Sub militari veste austera vitam du-
cens , omnium virtutum præclarum specimen
dabat. * Non minus , &c.

L E C T I O I I . Cap. 3. v. 13.

ET audivit Seron Princeps exercitū Syriæ ,
quod congregavit Judas congregationem si-
delium , & Ecclesiam secum , & ait : Faciam
mihi nomen , & glorificabor in regno , & de-
bellabo Judam , & eos qui cum ipso sunt , qui
spernebant verbum Regis ; & præparavit se , &
ascenderunt cum eo castra impiorum fortis au-
xiliarii , ut facerent vindictam in Filios Israël ,
& appropinquaverunt usque ad Bethoron , & exi-
vit Judas obviā illis cum paucis. Ut autem
viderunt exercitum venientem sibi obviā , di-
ixerunt Judæ : Quomodo poterimus pauci pug-
nare contra multitudinem hanc tantam & tam
fortem ?

¶ Stabilita sunt bona illius in Domino :
* Et eleemosinas illius enarrabit omnis Eccle-
sia Sanctorum. ¶ Oculus fuit cæco , & pes
claudio ; pater erat pauperum : * Et eleemosinas.

L E C T I O I I I . v. 18.

Tunc ait Judas : Facile est concludi multos
in manu paucorum , & non est differentia
in conspectu Dei Cœli liberare in multis & in
paucis ; quoniam non in multitudine exercitū
victoria belli , sed de Cœlo fortitudo est ipsi.
Venient ad nos in multitudine contumaci &
superbia , ut disperdant nos , & uxores nostras ,
& filios nostros , & spolient nos ; nos vero pug-
nabimus pro animabus nostris , & legibus nos-
tris , & ipse Dominus conteret eos ante faciem
nostram ; vos autem nè timueritis eos. Ut cessavit

autem loqui, insiluit in eos subitò, & concitus est Seron, & exercitus ejus in conspectu ipsius.

R. Indutus est justitiâ, ut loricâ & galeâ salutis, in capite ejus: * Judicavit causam pauperis & egeni in bonum suum. **X.** Causidicorum excusso fuco, jus suum cuique, cunctis mirantibus, tribuebat: * Judicavit, &c. Gloria Patri, &c. * Judicavit.

In II. Nocturno.

Antiph. Bellate viriliter, & lucrabimini cœlestem coronam.

Psalm. 4. Cùm invocarem.

Antiph. Mementote mirabilium quæ fecit Dominus in expugnandis infidelium munitionibus, & non terreat vos multitudo.

Psalm. 5. Verba mea, &c.

Antiph. Melius est nos mori in bello, quam videre mala Gentis nostræ & Sanctorum.

Psalm. 8. Domine, Dominus noster.

X. Posuisti, Domine, &c.

R. Coronam, &c.

In II. Nocturno.

L E C T I O I V.

Quo tempore Saraceni Hispaniâ potiti, superato Pyrenæi saltu, ad quadringinta virorum millia, in Galliam irruerant, & majori parte Septimaniæ occupatâ, vicinos etiam Tolosæ tractus obtinebant, multis structis Mesquitis, ad ripam Garumnae, in finibus Comitatûs Convenarum, inter alios, quos fidei ardor accendit, ad Christi hostes, à partibus Vasconiarum repellendos, Cizius priscorum Burgundiæ Ducum genere, in Civitate Bisuntina ortus, non minùs pectate quam bellicâ fortitudine præceli-

luit : nam ut passionis ejus perpetuista acta testantur , sub militari ueste austera vitam ducens , mortui gravitate & modestia , omnium virtutum præclarorum specimen dabat ; pauperes de suis ac Caroli opibus adjuvabat , nihilque de pietatis operibus prætermittens , plurimos Infideles ad fidem Christianam convertit . Ferunt de illo , quod dum Caroli Magni vice fungeretur , in civilium causarum cognitione , eâ erat sagacitate , ut Causidicorum excusso fuco , ex Legum germana interpretatione jus suum cuique , cunctis mirantibus , tribueret , nec minus de salute vulneratorum in bello sollicitus , si contingenteret aliquem hostili sagittâ transfigi , quam manu propriâ extraheret , percussus gravissimo licet vulnere , Deo mirabiliter curante , sanabatur .

R. Cizius copiarum suarum cuneos circuiens , his verbis commilitones accendebat : Ad prælium . * Bellate viriliter , & lucrabimini cœlestem coronam . V. Infideles isti pro thesauris terrenis dimicant , nos verò pro gloria sempiterna . * Bellate viriliter .

L E C T I O V.

His dotibus prædictus Christi miles Cizius , tertiae parti Equestrium manipolorum à Carolo Magno præficitur ; cum qua planitiem dictam Garumna ingressus , Infidelium munitiones expugnat ; qui dum collato numerosissimo exercitu , obviām procedunt , Sanctus Cizius copiarum suarum cuneos circuibat seu cingebat more suo , (à quo Cizium dictum volunt) his verbis accendens Commilitones : Bellate viriliter , & lucrabimini cœlestem coronam ; Infideles isti pro terrenis thesauris dimicant , nos ve-

re pro gloria sempiterna ; nec terreat vos inmultitudo : mementote mirabilium quæ fecit Dominus in expugnandis Infidelium munitionibus. His dictis, pergit ad hostes ; sed dum fortiter dimicans , densissimas manus penetrat , ab Infidelibus circumquaquè vallatus, capitur, oblatâ statim conditione servandæ vitæ , si Mahometi fidem amplectetur ; ipse verò renuens, Christum Crucifixum adorat mente piâ , & Martyrii cupidus , à Domino exauditur , cùm Infidelium rabie in Christi Martyrem laxatâ , malleatus occiditur.

¶. Induit se loricam sicut gigas , & succinxit se arma bellica sua in præliis. * Et protegebat castra gladio suo. ¶. Contritus est Seron & exercitus ejus in conspectu ejus * Et protegebat , &c.

LECTIO VI.

Sed ultor Christianorum exercitus , de nece Ducus ferocior , non distulit pœnam ; nam deleto Agarenorum exercitu , planiciem corporibus stravit , & Carolus Magnus cum Proceribus exercitûs , in ipso certaminis loco , (qui nomen Sancti Cizii servat) sacrum corpus tumulo marmoreo condidit. Dumque tantus Princeps totque militum millia , qui testes conversationis & exitûs Cizii fuerant , Christi Martyrem profitentur , huic duplicitis palmæ victori , capellam ex fragmentis dirruptionis hostilium munitionum construunt , ubi infinita miracula operatur clementia Salvatoris. Quibus ritè cognitis & probatis , Episcopi Tolosani Sanctorum Martyrum Ecclesiæ suæ Catalogo annumerarunt , proprio Officio in ipsius natali die attigit.

buto, ac demum erecto Rivenſi Episcopatu, sa-
cra Martyris Reliquiae in Urbem Rivorum trans-
latæ sunt, ubi duplici Festo Natalis & Translatio-
nis Reliquiarum, magno populi concursu, sancti
Martyris memoria singulis annis celebratur.

R. Repulsi sunt inimici ejus præ timore ejus,
& omnes operarii iniquitatis conturbati sunt.
* Et directa est salus in manu ejus. V. Lætifi-
cabat Jacob in operibus suis, & in sæculum me-
moria ejus in benedictione. * Et directa est.
* Gloria Patri. * Et directa est.

In III. Nocturno Antiphona.

Cizius Mahometi fidem amplecti renuens,
Christum Crucifixum adorat mente piâ.

Psalm. In Domino confido, &c.

In omni opere dedit confessionem Sancto &
Excelso, in verbo gloriae.

Psalm. Domine, quis habitabit, &c.

Memoria illius in benedictione, & ossa ejus
pullulabunt de loco suo, alleluia.

Psalm. Domine, in virtute tua, &c.

V. Magna est gloria, &c.

R. Gloriam & magnum, &c.

In III. Nocturno.

L E C T I O V I I .

Lectione sancti Evangelii secundum Matthæum,

Cap. 10.

IN illo tempore, dixit Jesus Discipulis suis:
Nolite arbitrari, quia pacem venerim mitte-
re in terram. Non veni pacem mittere, sed gla-
dium. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysologi. Serm. 129.

Quoniam hodiè Deo in Natali sancti Cizii
Martyris conuenimus, in quo miro certaz

mine, de Diabolo triumphavit; & quia nobis virtutum suarum gloriosum reliquit exemplum, ideo exultare nos convenit & lætari. Natalem ergo Sanctorum cùm auditis, Charissimi, nolite putare illum dici quo nascuntur in terram de carne, sed de terra in Cœlum; de labore ad requiem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes, & stabiles, & æternas; de mundanis risibus ad coronam, ad gloriam. Tales Natales Martyrum dignè celebramus.

Rg. Certa bonum certamen fidei. * Apprehende vitam æternam in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem corā multis testibus. ¶. Qui vicerit, non lædetur à morte secunda, & faciam illum columnam in templo meo.
* Apprehende.

L E C T I O V I I I .

C Um ergo ejusmodi festivitas agitur, nolite estimare, Charissime, quod in solis pranziis & profusionibus epulis Natales Martyrum celebrentur; sed imitandum tibi proponitur quod in memoriam Martyris celebras. Aspice ergo, Charissime, alacritatem populi circumstantis: in hac enim die aliquando turba assistit impiorum. Cùm Sanctus Cizius jussu tyranni feriretur, turbæ erant malorum, expectantium chori, nunc multitudo Fidelium ad collætandum devota confluxit. Tunc turba sacerdantium, nunc exultantium; tunc desperatorum, nunc sperantium. Idcirco ergo Natales Martyrum annuâ lætitia celebrantur, ut quod semel actum est, per omne ævum in memoria maneat devotorum. Gesta res est, Charissime, nè te dices ignorare, celebrantur annua, nè dicas; Oblitus sum,

R. Dominus dimicans in fortibus , mirifica-
vit Sanctum suum . * Exaltate & invocate no-
men ejus . **Y.** Fortis in fide miles Christi , vo-
luntariè præivit ad supplicium , eligens nobili-
ter mori , potius quàm derelinquere Legem Do-
mini . * Exaltate , &c. Gloria Patri . * Exaltate .

LECTIO I X.

AD hæc ergo imitanda vos animate , Cha-
rissimi ; hanc magnanimitatis gratiam con-
cupiscite ; hoc petite dari vobis , quod ille
meruit adipisci : omnes enim cœlestia cupien-
tes , terrenorum bonorum laqueis irretiri non
possunt , quia conversationem suam in cœlesti-
bus statuerunt ; sic ait Apostolus : Nostra au-
tem conversatio in Cœlis . Dirigatur ergo cor-
dis nostri desiderium ad habitationem cœlestem ,
ubi cùm dispersus fuerit pauperibus thesaurus ves-
ter , illuc erit & cor vestrum ; thesaurus enim bo-
norum omnium Christus est , qui vos cum Patre ,
& Filio , & Spiritu Sancto donis cœlestibus , nunc
& in æternum cumulare & replere dignetur .

Te Deum laudamus , &c.

Ad Laudes & per Horas Antiph.

I. Cizius priscorum Burgundiæ Dñcum genere
ortus , omnium virtutum præclarum specimen
dabat , alleluia. *Psalm.* Dominus regnavit , &
alii de Land.

II. Virtute nobilis , fide grandior factus Cizius ,
non minus pietate , quàm bellicâ fortitudine
præcelluit .

III. Pauperes de suis , ac de Caroli opibus ,
adjuvabat , nihilque de pietatis operibus præter-
mittens , plurimos Infideles ad fidem Christia-
nam convertit .

IV. In expugnandis Infidelium munitionibus
fortiter dimicans , ab Infidelibus , circumquaque
vallatus capitur.

V. Tunc Cizius , fidei suæ , in Deum unum &
verum , professione triumphans , agonem expli-
vit , & coronam victoriæ accipere meruit , de
manu Domini , alleluia , alleluia .

C A P I T U L U M , 2. *Timoth. 4.*

BOnum certamen certavi , cursum consum-
mavi , fidem servavi , in reliquo reposita est
mihi corona justitiae , quam reddet mihi Domi-
nus in illa die justus Judex .

H Y M N U S

I M B E R D I S S O C I E T A T I S J E S U .

GRANDE RIVORUM DECUS , & PATRONE ,
Justa persolvunt tibi festa cives ,
Et tuas sacro celebrare gaudent
Carmine laudes .

Inclitum spirat genus , & pudorem
Forma proceri , gravis & venusta
Corporis , toto patet ore splendens
Sanctus & heros .

Principum proles generosa , gentes
Subjicis Regi Dominoque Regum ,
Teque summittis meliore cultu
Charus utrique .

Utili cunctos operâ juvare
Sedulus curas , tibi datus uni ,
Jure concessum Patriæ parentis
Nomen adeptus .

Saucius dextram quoties salubrem
Sensit ? altricem quoties egenus ?
Æger expertus quoties medentem ?
Hostis amicam ?

Nec sit ambages , tenebrisque fœse
 Occulit frustra mala fraus , latenti
 Ut dolo quærens aliena , possit
 Æqua videri.

Sol ut effusas radiante nubes
 Luce perlustrat , latebras , dolosque
 Exutis prudens ; sua sunt cuique
 Te Duce jura.

Christe Sanctorum caput & corona ,
 Cizii nobis precibus rogamus
 Detur æternæ Patriæ beatas
 Scandere sedes. Amen.

¶. Justus ut palma , &c.

¶. Sicut Cedrus , &c.

Ad Benedictus , Antiphona.

Bellate viriliter , Infideles pro terrenis the-
 sauris dimicant , nos vero pro gloria sempiter-
 na , alleluia.

O R A T I O .

D Eus , qui populo tuo Beatum Cizium Mar-
 tyrem tuum Patronum pie dedisti ; tribue ,
 quæsumus , ut qui ejus Natalitia colimus , ip-
 sius meritis & intercessione , ab omnibus peri-
 culis eruamur. Per Dominum nostrum Jesum
 Christum Filium tuum , &c.

Ad Prim. Antiph. Cizius , &c.

Lectio brevis.

Certa bonum certamen , ut infra ad Nonam;

A D T E R T I A M .

Antiph. Virtute nobilis , &c. Capitulum. Bo-
nnum certamen certavi , ut in Land.

¶. Gloriâ & honore , &c.

A D S E X T A M .

Antiph. Pauperes , &c.

CAPITULUM, 2. ad Timoth. Cap. 2.

Labora sicut bonus miles Christi ^{deus}: nam & qui certat in agone, non coronabitur; nisi legitimè certaverit.

¶. Posuisti, Domine, &c.

AD NONAM.

Antiph. Tunc Cizius, &c.

CAPITULUM, I. ad Thimot.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.

¶. Magna est gloria ejus, &c.

In II. Vesperis, Ant. Cizius, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica; & loco ultimi, Psalmus, Credidi, &c. Capitulum, Bonum certamen, &c.


Hymnus, Cœlorum, Superi, &c. ut supra in I. Vesperis.

¶. Ora pro nobis, Beate Cizi.

R. Ut digni, &c.

Ad Magnificat, Antiphona:

Cizio Martyrii cupido, desiderium animæ suæ tribuit Dominus, cùm ab Infidelibus pronominis sui gloria, malleatus occiditur, alleluia.



AD MISSAM.

INTROITUS.

Bonum certamen certavi, cursum consumi ^{2. Ad Tim.}, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judgez.

Psalm. Psalm. In virtute tua, Domine; lætabitur
justus, & super salutare tuum exultabit vene-
menter. * Gloria Patri, &c.

O R A T I O.

Deus, qui populo tuo Beatum Cizium Mar-
tyrem tuum Patronum piè dedisti; tribue,
quæsumus, ut qui ejus Natalitia colimus, ipsius
meritis & intercessione, ab omnibus periculis
eruamur. Per Dominum nostrum, &c.

Sap. EPISTOLA. Justum deduxit Dominus, &c.
ut in Comm. unius Martyris.

Sap. GRADUALE. Certamen forte dedit illi, ut vin-
ceret, & sciret quoniam omnium poterior est
sapientia. ¶ Honestavit illum in laboribus, &
complevit labores illius.

Acta Martyris. Alleluia, alleluia. ¶ Sub militari veste Ci-
zius, austera vitam ducens, morum gravitate
& modestiâ, omnium virtutum præclarum speci-
men dabat, alleluia

Mat. EVANGELIUM. In illo tempore dixit Jesus;
Discipulis suis: Nolite arbitrari, &c. *ut in Comm. unius Martyris.*

Eccel. OFFERTORIUM. In omni opere dedit con-
fessionem Sancto & Excelso, in verbo gloriae, &
dedit illi, contra inimicos, potentiam, alleluia.

S E C R E T A.


Celebrantes, Domine, sacra Mysteria, quæ pro
gloriosi Martyris tui Cizii, beata Passione
offerimus; ipsius nobis, quæsumus, fiant interces-
sione salutaria; in cuius Natalicio sunt exultanter
oblata. Per Dominum nostrum Jesum - Chris-
tum, &c.

Eccel. COMMUNIO. Memoria illius in benedic-
tione; ossa ejus pululabunt de loco suo; ut no-
men

men ejus permaneat in æternum , alleluia.

POST COMMUNIO.

EXultemus , Domine , lætitia spirituali , Beati Martyris Cizii triumphum recolentes ; & Sacra menta quæ in ejus solemnitate percepimus , nobis ad fidei & charitatis augmentum proficiant. Per Dominum nostrum Jesum- Christum Filium tuum , &c.



Die XIX. Junii.

IN FESTO TRANSLATIONIS
Reliquiarum Sancti Cizii , Martyris.

Omnia ut in die Natali , præter ea que sequuntur.

ORATIO.

Deus , qui populo tuo Beatum Cizium Martyrem tuum Patronum piè dedisti ; tribue , quæsumus , ut qui ejus Translationem colimus , ipsius meritis & intercessione , ab omnibus periculis eruamur. Per Dominum nostrum Jesum- Christum , &c.

In I. nocturno.

LECTIO I.

De Isaia Propheta , Cap. 66.

Lætamini cum Jerusalem , & exultate in ea , omnes qui diligitis eam : gaudete cum ea gau dio , universi , qui lugetis super eam , ut sugatis & repleamini ab ubere consolationis ejus , ut mul geatis , & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus : quia hæc dicit Dominus : Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis , & quasi tor

rentem inundantem gloriam gentium , quam sugetis. Ad ubera portabimini , & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur , ita ego consolabor vos , & in Jerusalem consolabimini. Videbitis , & gaudebit cor vestrum , & ossa vestra quasi herba germinabunt , & cognoscetur manus Domini servis ejus , & indigabitur inimicis suis.

R. Cizius , &c.

LECTIO II.

De Ezechiele Propheta , Cap. 37.

Ossa arida , audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his : Ecce ego introiitam in vos spiritum , & vivetis , & dabo super vos nervos , & succrescere faciam super vos carnes , & superextendam in vobis cutem , & dabo vobis spiritum , & vivetis , & scietis quia ego Dominus. Ecce ego aperiā tumulos vestros , & educam vos de sepulchris vestris , populus meus , & inducam vos in terram Israël , & scietis quia ego Dominus , cùm aperuero sepulchra vestra , & eduxero vos de tumulis vestris , popule meus ; & dedero spiritum meum in vobis , & vixeritis , & requiescere vos faciam super humum vestram , & scietis quia ego Dominus locutus sum , & feci , ait Dominus Deus.

R. Stabilita , &c.

LECTIO III.

De Epistola prima Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Cap. 15.

EVIGILATE justi , & nolite peccare ; ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reverentiam vobis loquor : sed dicet aliquis : Quomodo resurgent mortui , qualiter corpore venient ? Im-

sapiens , tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur & quod seminas ? Non corpus , quod futurum est, seminas , sed nudum granum, ut putat critici aut alicujus cœterorum . Deus autem dat illi corpus sicut vult ; & unicuique seminum proprium corpus : non omnis caro , eadem caro ; sed alia quidem hominum , alia verò pecorum , alia volucrum , alia autem piscium : & corpora cœlestia , & corpora terrestria ; sed alia quidem cœlestium gloria , alia autem terrestrium ; alia claritas Solis , alia claritas Lunæ , alia claritas Stellarum : Stella enim à Stella differt in claritate , sic & resurrectio mortuorum . Seminatur in corruptione , surget in incorruptione ; seminatur in ignobilitate , surget in gloria ; seminatur in infirmitate , surget in virtute ; seminatur corpus animale , surget corpus spiritale ,

Bz. Indutus est , &c.

In II. nocturno.

L E C T I O I V:

Ex Archivis Ecclesiæ Rivensis.

SAcrae gloriosi Martyris Cizii Reliquiæ (quas Carolus Magnus , Fidei Christianæ propagator & defensor acerrimus , delecto Agarenorum exercitu , tumulo marmoreo condiderat) adeò pretiosæ & commendabiles devenere , ob infinita propè miracula , quæ Deus per illas operabatur , ut Episcopi Tolosani , post exactum & diligens examen , Sanctum Martyrem , Sanctorum Martyrum Ecclesiæ suæ Catalogo annumeraverint , proprio officio in ipsius natali die attributo . Erecto deinceps Episcopatu Rivensi , Joannes de Lantario , pro tunc Ecclesiæ Rivensis Episcopus , de consensu Venerabilis Capituli , Ecclesiam & Ur-

Cij

bem Rivorum hoc sacratissimo pignore & præsidio decorare & munire decrevit. Et annuentibus omnium Civium votis , & infinitæ propè populorum è vicino multitudinis assistentia , Sanctum Martyris Corpus à loco , in quo tumulatum fuerat , & qui etiam nunc nomen Sancti Cizii servat , in Ecclesiam Cathedralem , solemini pompa translatum est , anno ab Incarnatione Domini , millesimo trecentesimo octogesimo - quarto , tertio decimo Kalendas Julii , Carolo Sexto Francorum Rege. Vertente verò anno millesimo sexcentesimo septuagesimo - secundo , præfulante in eadem Ecclesia Antonio - Francisco Berterio , sacra Beatissimi Martyris ossa , ex veteri capsâ , partim in statuam argenteam dimidiâ sui parte truncam , partim in capsam ligneam eleganter ornatain , translata sunt , decimo - octavo Kalendas Septembbris , & in medio Altaris Capellæ , in honorem tanti Martyris mirâ arte constructæ , honorificè collocata.

B. Cizius copiarum , &c.

L E C T I O V.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi , Homil. 16.
in 2. ad Corinth.

SEpulchra Servorum Crucifixi Regiis Aulis splendidiora sunt , non solum magnitudine & pulchritudine ædificiorum , (nam etiam in hoc superant) sed quod multò majus est , accendentium studio . Nam & qui purpurâ indutus est , ad illa sepulchra se confert , ut ea amplectatur , abjectaque fastu supplex stans , Sanctos deprecatur , ut ipsi apud Deum sibi præsidio sint . Quod si cum Imperatoriis Aulis hæc sepulchra conferre velis , penes hæc rursus victoria futura est . Illic enim

multi sunt qui turbam submoveant, hic contrà multi qui invitent, atque divites & pauperes, viros & fœminas, servos & liberos attrahant: illic ingens terror, hic ineffabilis voluptas. Verum hæc adeò illis augustioria & terribilia sunt, ut illa præ istis scena & ludus esse videantur: simul enim atque limina transfligeris, locus ipse mentem ad cœlum, ad supernum Regem, ad exercitum Angelorum, ad sublimen Thronum, ad inaccessam gloriam transmittit.

R. Induit se loricam, &c.

L E C T I O V I .

Sanctorum ossa Dæmones fistunt & excruciant, acerbissimisque vinculis eos qui astricti sunt solvunt. Quid hoc Tribunali terribilius? cùm nemo cernatur, nemo lateri Dæmonis incumbat, voces & dilacerationes, verbera, cruciatus, linguae conflagrantes audiantur; Dæmone admirabilem illam potentiam non ferente: atque qui corpora gestarunt, virtutes incorporeas superant; pulvis & ossa, & cinis invisibiles illas naturas excarnificant; ideoque nemo est qui peregrinationem inire usquam sustineat, ut Imperiales Aulas videat: contrà multi plerumque Imperatores peregrè profecti sunt, ut hoc spectatulo fruerentur: Sanctorum enim Martyrum templa futuri Judicij vestigia & signa exhibent, dum Dæmones flagris cæduntur; homines torquentur ac liberantur. Vides quæ sit vis Sanctorum, etiam defunctorum.

R. Repulsi sunt, &c.

LECTIO VII.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

IN illo tempore, dixit Jesus Discipulis suis: Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi, Presbyteri, ad-versus Vigilantium.

DOLET Vigilantius Martyrum Reliquias pretioso operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel projici in sterquilinium, ut solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando Apostolorum Basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas Reliquias Andreæ, Luciæ & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas Dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii illorum se sentire præsentiam contentur? Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa Beati Samuëlis longo post tempore de Judæa transtulit Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos in serico & vase aureo portaverunt? Mortuum suspicaris, & idcirco blasphemas. Lege Evangelium: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob non est Deus mortuorum, sed vivorum.

B. Certa bonum, &c.

LECTIO VIII.

DICIS in libello tuo quod dum vivimus, mutuò pro nobis orare possumus; postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cum Martyres ultio-

nem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quiverint. Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias & triumphos? Unus homo Moïses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur; & postquam cum Christo esse cœperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in navi animas condonatas; & postquam resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro iis qui in toto orbe ad suum Evangelium crediderunt, mutire non poterit?


R. Dominus dimicans, &c.

L E C T I O I X.

Malè fecit ergo Romanus Episcopus qui super mortuorum hominum Petri & Pauli, secundum nos, ossa veneranda, secundum te vilem pulvrisculum, offert Domino Sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur Altaria? Et non solùm unius orbis, sed totius orbis errant Episcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediuntur Basilicas mortuorum; in quibus palvis vilissimus, & favilla nescio quæ jacet linteamine convoluta, ut polluta omnia polluat; & quasi sepulchra Pharisaica foris dealbata sint, cum intus immundo cinere juxtae, immunda omnia oleant atque sordeant? O portentum in terras ultimas deportandum!

Te Deum laudamus, &c.

De Octava fit tantum in Cathedrali, ut notatur in Supplemento ad usum Diœcesis Rivensis.



IN DIE OCTAVA.

In II. Nocturno.

LECTIO IV.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi, *Serm. 77.*

Videte, Fratres, quid Martyribus debeamus, qui nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui: exemplum enim nobis reliquerunt benè vivendo conversationis, tolerando fortiter passionis. Nam ideo Dominus per totum mundum diversis in locis pati Martyres voluit, ut tamquam idonei testes, nos quodam fidei exemplo suæ confessionis urgerent; ut humana fragilitas, quæ Prædicationis Dominicæ aditu longiore vix credit, vel præsenti oculorum testimonio Martyrio crederet Beatorum. Cuncti igitur Martyres devotissimè pereolendi sunt: sed specialiter ii venerandi sunt à nobis, quorum Reliquias possidemus: illi enim nos orationibus adjuvant, isti etiam adjuvant passione.

R. Cizius copiarum, &c.

LECTIO V.

Cum his nobis familiaritas est: semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur; hoc est, & in corpore nos viventes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt: hic nè peccatorum nos labes assumat, ibi nè Inferni horror invadat: nam ideo hoc à Majoribus provisum est, ut Sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, ut dum illos Tartarus metuit, nos poena non tangat; dum illis Christus illuminat, à nobis tenebrarum caligo diffugiat.

R. Induit se Iericanam, &c.

LECT.

L E C T I O V I .

Cum Sanctis ergo Martyribus quiescentes ,
evadimus Inferi tenebras eorum propriis
meritis ; attamen consocii sanctitate : ait enim
Dominus Petro : Tu es Petrus , & super hanc
petram ædificabo Ecclesiam meam , & portæ
Inferi non prævalebunt ei. Si ergo Apostolo
& Martyri Petro Inferni porta non prævalet ,
quisquis sociatur Martyri , Tartaro non tenetur :
Martyres enim Inferni porta non possidet , quo-
niam eos Paradisi Regna suscipiunt : nam vide-
mus eos utique jam regnare. Et ideo , Fratres ,
veneremur eos in hoc sæculo , quos defensores
habere possumus in futuro ; & sicut eis ossibus
parentum nostrorum jungimur , ita & eis fidei
imitatione jungamur : in nullo enim ab ipsis
separari poterimus , si sociemur illis , tam reli-
gione quam corpore.

B. Repulsi sunt , &c.

LL. 3. Noꝝ. Dolet Vigilantius , ut supræ.

S I N I S.



卷之三

2